Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



curator

contritus q̃ tãdiu vulnus peccati portat occultũ. verba sũt Richardi. Quicũq̃d sit de ista materia credo q̃ in casibꝫ (q̃s ponit scũs thomas de aq̃no) de necessitate tenet q̃libet statim habiꝫ oportunitate confiteri. credo etiam q̃ consiliuꝫ Richardi sanũ est ⁊ salubre ⁊ debet exequi cum magna diligentia et virtute. Hec sufficiant de tempore q̃ tenet homo confiteri

Cui debet homo confiteri

Capl'm. iiij.

Quoniã ille (cui faciẽda ẽ cõfessio sacramẽtal') oportet q̃ habeat claues. videndum est p̃mo aliquid de clauibus Notanduꝫ est ergo q̃ hoc nomen clauis translatũ est a corpalibus ad spũalia. Clauis in corpalibus est instr̃m ad remouendũ aliquod obstaculum quod impedit vt non possit haberi bñ aditus ad domũ Sic in spũalibus illud q̃d remouet pctũ mortale quod est obstaculũ ad ingrediendũ ad regnũ celeste vocatur clauis. Et ista clauis est triplex. Nam est clauis autoritatis. ⁊ istã soluꝫ habet deus. Hã de ista claue loquebant iudei dum dicebant. Quis p̃t remittere peccata nisi solus deus. quasi diceret nullus. ⁊ hoc est verũ autoritatie. Alia est clauis excellentie. ⁊ hanc habꝫ solus xp̃s homo: Et de hac claue loq̃tur Isaias in psona dei loquens de xp̃o: Dabo clauez daui sup humerꝫ eius. Et d̃r xp̃us homo habere clauem excellentie inquantũ per passionem suam ipse satisfecit pro omnibus peccatis nostris. immo pro peccatis totius mũdi. vt dicit beatus Iohannes Et hoc est verum q̃tum efficaciam: Vel christus homo habere dicitur clauem excellentie inquantum effectum sacramentorꝫ potest dare sine sacramentis. Tercia clauis est ministerij. et istam clauem habent sacerdotes. ⁊ datur eis in collatione ordinis sacerdotalis Et de ista claue dictuꝫ ẽ petro apostolo. Dabo tibi claues regni celorum et de istis clauibus loquitur hic

Sciendum est ergo q̃ duplex est clauis ministerij. vna autez est scientia discernendi. alia vero est potestas ligandi atqꝫ soluendi: De scientia autem discernendi q̃modo est clauis et quomodo non. ⁊ si est alia clauis p̃m rem a potestate ligandi et soluẽdi est magna diuersitas inter doctores thologos. et ideo nõ dico nunc amplius de ista materia. presertim cum dominus papa Iohannes quondaꝫ loq̃ns de clauibus in quadã extrauagãti sua que incipit quorundã faciat mentionem de ista diuersitate doctorum etiam nihil determinat.

Unde ex quo Iohannes papa reliquit indeterminatum ⁊ incertuꝫ temerariũ essꝫ mihi de clauibꝫ aliquid diffinire. Istud tamen firmiter tenendum est q̃ iste claues cuilibet sacerdoti tribuũtur in sua